

he, & similes concessiones facte particularibus
 Monasterijs dicti Ordinis, facte sunt commu-
 nes totius Ordinis Monasteriis, etiam si in-
 his non militent cause, propter quas fuerunt
 indulx, de quo infra ver. Communicatio pri-
 uilegiorum. §. Quo supposito, cum hoc pri-
 uilegium sit iam commune omnibus Monas-
 terijs dicti Ordinis, sequitur euidenter, quod
 etiam possunt eo frui Monasteria Ordinum
 Mendicantium, & aliorum, qui suorum Indul-
 torum, & gratiarum plenissimam habent com-
 municationem, & sic sine timore alicuius pec-
 cati, & excommunicationis possunt Fratres
 Mendicantes, & alijs in priuilegijs communica-
 cantes ministrare Sacramentum Eucharistie
 omnibus fidelibus in die Paschatis. Vbi per-
 pendetū est verbū illud, in Ecclesijs suis. Nā in
 alienis Ecclesiis id non poterunt efficere in
 communione Paschali. In alijs autem commu-
 nionibus non obligatorijs potestatem habet,
 ad in quacunq; Ecclesia fideles communican-
 dum, ex concessionibus Nicolai. 5. & Sixti. 4.
 & declaratione & extensione Leonis. 10. de
 quibus in initio huius articuli fecimus men-
 tionem. Et sic Iulius. 2. in priuilegio concessio-
 presbyteris Ordinis Minimorum Superius nu-

Q q

10. alle-